



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclusio XLVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

inquit Christus, Quæ quæcunq; egerit, toleratur potius q̄ com-
mendatur, immo ut Glo. dicit. lib. v. de pœni. & re. Quod aut̄
& multi alij, melius facerent, ut p̄ se satisfacerent, & nō redime-
rent uenias, quas tamen nō nisi criminosi redimere opus habēt

CONCLUSIO XLVII.

Docendi sunt Christiani, quod nisi superfluis abundant
necessaria tenentur domui suæ retinere, & nequaquam pro
ueniis effundere.

QVIA Apostolus dicit, Qui suis & maxime domesticis nō
providet, fidem negauit, & est infideli deterior. Sed sunt multi,
qui nec panem, nec uestem commode habent, & tamen crepi-
tu & strepitu uenialium prædicatorum inducti, seipsos fraudāt,
& inopiam suam conficiunt, ut illorum copiam augeant.

CONCLUSIO XLVIII.

Docendi sunt Christiani, quod Papa, sicut magis eget,
ita magis optat in ueniis dandis, pro se deuotā orationem,
quam promptam pecuniam.

HANC condu. riderent dñi nostri Curtesani Romanæ cur-
riæ conscij. Certum tamen est, quod ante omnia debet p̄tifex
a suis subditis optare orationē, sicut & S. Pau. sapius a suis opta-
uit. Et hæc est multo iustior ueniarū dandarum causa, q̄ si mille
struerentur basilicæ, eo quod summus pontifex tot monstris de-
monum & impiorum hominū obsessus magis quam stipatus,
non possit errare, nisi cū totius ecclesiæ maximo malo, tunc ma-
xime, si libenter audierit, hanc pestilentem Sirenarum suarum
uocem, NON PRÆSUMITVR TANTAE celsitudi-
nis apex errare. Itē & illa, OMNIA IVRA POSITIVA
sunt in scrinio pectoris sui. Non præsumitur quidem errare, sed
an bona sit illa præsumptio quæritur. Et sunt quidem in scrinio
pectoris eius omnia iura sua, sed an pectus eius bonum sit, quæ-
ritur, id enim oratione curandum est. Sed de hac re omniū pul-
cherrime B. Bern. ad Eugenium Papam de Consideratione.

CONCLUSIO XLIX.

Docendi sunt Christiani, quod ueniæ Papæ sunt utiles,

H iij